Yſcalidus. ab excolo is. dr̄ iſcalidꝰ da. dū. vt ager iſcali-
dus q̄ſi excolidꝰ. q: iā a cultura exierit. ſicut excōſul. q:
a cōſulatu diſceſſerit.
Yſchiros grece latine dr̄ fortis.
Yſmahel interꝑtatᷣ auditio dñi. Sic eñ ſcriptū ē. Et
vocabis nomē eius yſmahel. q: audiuit eū deꝰ. Et fuit
yſmahel filiꝰ abrae. a q̄ yſmahelite dicti ſunt q̄dā q̄ nūc
corrupto noīe ſaraceni dicunᷣ. q̄ſi a ſara. ⁊ agareni ab
agar. Et īuenitᷣ indeclinabile ⁊ etiā decli. vt h yſmahel
huiꝰ yſmahelᷣ. vide in ſaracenꝰ.
Yſopus pi. herba eſt pulmonibꝫ apta purgādis. yſopꝰ
etiā dr̄ ſparſoriū aque. q: in q̄buſdā locis fit ex illa her
ba. Vel dr̄ ſic ꝓpter ſimilitudinē purgationis. Et ē fe.
ge. ſcḋm hug. Inueniᷣ etiā aliq̄n yſopuꝫ in neu. ge. vnde
macer de viribꝫ herbaꝝ. Et yſopū ſiccū calidū quoq̄
tercius illi. Eſt in vtroq̄ gradus ⁊c. ⁊ cor. penul. Pe-
ctoris humores yſopi decoctio mūdat. Itē alius dici. t
Yſopus eſt herba purgans de pectore flegma. Alij di-
cunt q̄ yſopus eſt grecū. ⁊ ꝓdu. penl. Et iſtius opinio-
nis fuit magiſter bene. Vnde diciᷣ. yſopus inueniᷣ cor-
ripere ⁊ ꝓducere penul. Vnde videtur mihi q̄ magis
debeat penultimā ꝓduci. q: nobiliores autores vtunᷣ
ita. Vnde bernhardus ait. Pectoris herba cauas ru-
pes inſedit yſopus. Itē alius. Ad pulmonis opus ꝯfert
medicamē yſopus. Itē. Ius ſynapis cerebrū. ꝫ purgat
pectꝰ yſopus. Et h opinio magis mihi placet.
Yſpalis eſt quedā ciuitas. yſpalim ſiquidē ciuitatē hi-
ſpanie Iulius ceſar edificauit. quā ex ſuo ⁊ rome nomi
ne iuliam romulā appellauit. yſpalis autē a ſitu dicta ē.
quia in ſolo paluſtri ſuffixis in ꝓfundū palis locata ſit
ne lubrico ⁊ inſtabili fundamento cederet. Diciᷣ ergo
yſpalis q̄ſi ſita in palis. vñ h ⁊ h yſpalienſis ⁊ h yſpali-
enſe. ⁊ cor. ſpa.
Yſrael maſ. ge. indecli. ⁊ etiā declinabile inueniᷣ h yſra
el huiꝰ yſraelis. Iacob dictꝰ fuit iſrael. ⁊ interꝑtatᷣ vir
videns deū. ys eñ diciᷣ vir. ra videns. el deus. Hic eñ
hoc nomē accepit q̄n tota nocte luctatus vicit angelū
in certamine. ⁊ oriēte lucifero benedictꝰ eſt. ⁊ inde ꝓpᷣ
viſionem dei yſrael appellatus eſt. ſicut ⁊ ipſe ait. Vidi
dominū facie ad faciē. ⁊ ſalua facta eſt anima mea. Et
ex hinc duodecim tribꝫ filioꝝ iſrahel vocabuluꝫ ſortite
ſunt. Exo. xiiij. Fugiamꝰ yſraelē. ⁊ hinc hic ⁊ h yſraeli-
ta te. penlᷣ. ꝓdu. ⁊ yſraeliticus ca. cū penl. cor. Et ſolēt
q̄dā in h nomine yſrael s. tacere. quia s. ante r. in eadem
ſyllaba ſonare nō pōt in latinis dictionibꝫ. Sed errant
nō eñ yſrael eſt latina dictio vel greca. ſꝫ barbara et in
barbaris dictionibꝫ in multis licet barbarizare. Non
eñ barbaries vel lingua hebrea artatᷣ ſub regulis artis
grāmatice.
Yſterologia exponiᷣ in q̄rta ꝑte in ca. de tropis.
Yſteronproceron exponitur in quarta parte in cap̄. de
tropis.
Yſtrorſum. i. verſus illam partem. ab iſto ⁊ verſum cō-
ponitur.

## I ante T

Italia lie. dicta ab italo rege. Et ſcias q̄ italia olim a
grecis occupata. magna grecia dicta eſt. vnde italicus.
ca. cū. ⁊ italus la. lū. ſꝫ h magis dr̄ ab italo rege. ⁊ cor. ꝑ-
mā italia. lꝫ aliq̄n inueniatᷣ longa ꝑ extaſim. vt Italiam
ꝓfugꝰ ⁊c. vt di. donatꝰ.
Italus la. lū. penlᷣ. cor. ⁊ exponiᷣ etiā in italia.
Itaq̄ dictio ꝯpoſita antepenlᷣ. acuit. vñ cōiunctio en-
cletica. h non inclinat accentū p̄cedentis ſyllabe ad ſe.
ſicut dixi in ſecunda parte in capi. de impedimentis en-
cleſis.
Ite imꝑatiuꝰ ē de eo is. it. ⁊ ꝓdu. ꝑmā. Vñ abite circū-
ite. redite. ⁊ hmōi ꝓducūt penlᷣ.
Itē eſt aduer. ſilitudinis vel ordinis.
Iter. Ab eo is. deriuatᷣ h itio onis. ⁊ h itus itus itui. ⁊ h
itiner. neris. ⁊ h iter iteris ⁊ differūt. q: itus eſt via q̄ iri
ab homine quaq̄uerſum pōt. Sed iter ⁊ itiner diuer-
ſam habēt ſignificationē. Iter eñ eſt locus trāſitu fa-
cilis. vnde ⁊ eū appellamꝰ aditū. Itiner autē eſt iter lon
ge vie. ⁊ ipſe labor ambulandi vt q̄ velis ꝑuenias. Acci
piunᷣ tamē q̄nq̄ in eadē ſignificatione. ⁊ ſcḋm h ex iſtis
duobꝫ nominibꝫ. ſ. iter ⁊ itiner effectū eſt vnū. hoc mo-
do iſte ntūs iter eſt in vſu. ſꝫ eius obliqui nō ſunt in vſu
Item iſti obliqui itineris itineri. itinere ſunt in vſu. ſed
coꝝ ntūs aboleuit ⁊ ſic factū eſt. vt ex iſtis obliquis ⁊ ex
illo noīatiuo iter efficeretᷣ vnū nomen ⁊ declinatᷣ h iter
huiꝰ itineris. ⁊ ab iſto gtīo iteris q̄ nō eſt in vſu deſcen-
dit itero ras. i. ire vel repetere. ⁊ ſcḋm hoc eſt actiuū. vn-
de ꝟbalia iterator. iteratrix. iteratio. ⁊ iterū aduer. or-
dinis vel tēporis. ⁊ iteratim ſiliᷣr aduer. ordinis vel q̄lita
tis. ⁊ in hac ſignificatione inueniᷣ iſte ablatiuus itera-
tis. ⁊ in hac ſignificatione inueniᷣ iſte ablatiuus itera-
to poſitus aduerbialiᷣ. Itero componiᷣ reitero reite-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ras.i.iteꝝ repetere. Unde reiteratim ⁊ reiterato poſi-
tum aduerbialiꝰ

Itero iteras in iter exponiꝰ.

Iterū.i.altera vice.qſi iter alterū.ſm Pap.vide etiam
in iter.

Itidē. Itē aduerbiū ſimilitudinis eſt.vel ordinis ⁊ cō-
ponitur p geminationē.⁊ dicit itidē vel idētidē.i.item
⁊ item.⁊ iterū ⁊ iterū. vel ſimiliꝰ ⁊ inter vtraqꝫ interpo-
nitur t.⁊ deberet dici itemtitez.per t.ſed cauſa euphoni-
nie.mutatur t.in d.⁊ m.in n.ante t.⁊ diciꝰ identidem.
Poſſunt etiā ibi identidē ⁊ itidē eſſe ꝓnomina neutri
gene.⁊ tm̄ in noīatiuo ⁊ accuſatiuo.⁊ vtrunqꝫ eſt com-
poſitum ab idem geminato.et in vltimo interponitur
d.et tātū valet itidem. vel identidē quantū idem ⁊ idē.
vel ſimile.

Itiner itineris.in iter exponiꝰ.

Itio onis.in iter exponiꝰ

Itū ſupinū deeo is.it.cor.p̄mā.ſiue i.an̄ t.cū ſuis cōpo-
ſitis.vt aditū.initū.pitū. Preter ambitū ſupinū ⁊ am-
bitus pncipiū q ꝓducūt i. ſꝫ hic ambitꝰ tus tui. nomē
corripit penultimā.

Itus itus.in iter exponiꝰ.

## I ante V

Iuba be.fe.ge.dr a iubeo bes. Et eſt iuba crinis eqꝝ et
etiā alioꝝ animaliū irrōnabiliū.⁊ iuba etiaꝫ dr criſta q
galee ſupponiꝰ vel ꝓpter noticiā.vel ꝓpter fruſtratōez
ictuū.⁊ inde iubatꝰ ta.tū.i.crinitꝰ vel criſtatꝰ.⁊ iuboſus
ſa.ſum.i.iubis abundās.

Iubar. A iuba be.dr iubar baris.i.ſplendor vel initium
ortus ſolis.vel ſol vel lucifer.quia ꝓpter radios qdlibet
iſtoꝝ videꝰ iubatū.qr dirigit radios ad modū iubaris.
Et ſcias ꝙ ablatiuus deſinit in e.⁊ corri.penul.gti. vt
vult pſ.in li.de accentu. Itē corripit p̄mā ſyllabā. Un̄
vindocinēſis. Exemplū qſi ſol collaterale iubar. De h
dixi in ſcda pte vbi egi de accentu nominū deſinētium
in ar.

Iubeo bes.iuſſi.ſum.iubere.i.imperare. Sꝫ iubere ē vbi
eſt voluntatis obſequiū. Imperare eſt debiti.idē eſt ⁊ p̄-
cipere.⁊ cōponiꝰ fideiubeo bes. Iubeo eſt actiuū cum
omnibꝫ ſuis ꝯpoſitis.⁊ cor.hāc ſyllabā iu. Un̄ thobias
Hoc pcor hic iubeo.toto conamine tota. Ex aīa.toto
dilige corde deū ⁊c.

Iubileus. A iubilo las.dr hic iubileus lei.i.ānus reqe-
tionis.gaudij ⁊ leticie.⁊ remiſſionis quo ſerui libertati
donabanꝰ.debita relaxabanꝰ.captiui abſolucbantur.
poſſeſſiones gratis reſtituebāꝰ.ita di. hug. in hiſtorijs
aūt ſup gen̄.xiiij.diciꝰ. Ab hac victoria abrae tradunt
iubileū habuiſſe initiū ꝓ hac remiſſione captiuoꝝ. Io
bel em̄ remiſſio vel initiū diciꝰ. Unde iubileus.id eſt re
miſſiuus vel initians. Ob hoc autē ꝯſtitutus eſt qnqua
geſimus.qr tunc erat loth.vt dicunt quidā.qnquagin
ta annoꝝ vel tunc erat qnq̄geſimus annus ex quo dn̄s
deus locutꝰ erat abrae in via.vel ex quo egreſſus eſt de
tayrā. Et ſcias ꝙ iubileus vt dixi poteſt deriuari a iu-
bilo las.⁊ ſic dicendū eſt iubileus p i.in antepenꝰ.ſylla-
ba. Uel poteſt deriuari a iobel.⁊ ſic dicendū eſt iubileꝰ
p e.in antepenꝰ.ſyllaba.⁊ penultima ſyllaba. In prima
autē ſyllaba cauſa euphonie ſcribiꝰ p v.nō p o.vide in
penthecoſte et qnq̄geſima.

Iubilus li.i.argutus.ſonorus ⁊ letabundus cantꝰ pro-
prie quidē iubilus eſt vox confuſa p̄ gaudio. Unde iu-
bilo las.i.cantare.gaudere.quadā voce confuſa p̄ gau
dio cantare ⁊ exultare ſm hug. Uel ſm quoſdā iubi-
lus eſt gaudiū quod ꝟbis explicari nō poteſt.nec tamē
penitus reticeri. Uel iubilus eſt cū tanta leticia corde
concipiꝰ quāta ſermonis efficacia nō expleꝰ.vt di.pa-
pi. Un̄ ⁊ in grecis.diciꝰ. Ferꝰ inexpleta iubilus leticia
mentis.ꝙ aūt dr iubilare qſi iuuāter laudare.vel letari

etymo.eſt.

Iuda.filius iacob cōfeſſio interp̄taꝰ. Quando em̄ eū
peperit lya.laudē dn̄o retulit dicens. Nūc ſup h dn̄o
ꝯfitebor. Et nota ꝙ ꝓ filio iacob inueniꝰ iudas. vel iu-
da iude.et iuda indecli.et hinc iuda iude.vel iuda inde
clinabile tam ꝓ ꝓplo qꝫ ꝓ terra iudeoꝝ.⁊ quādo eſt in-
declinabile debet accētuari in fine iuda cauſa differen
tie.ſm hug. Et alexander dicit Cū declinaꝰ demittitur
vltima iuda. Cū manet imota ipius poſtrema leuatur.
Et a iuda vel iudea dr iudaicus ca.cū.

Iudas iacobi qui appellaꝰ alibi lebeus.figuratū nomē
habet a corde qd nos diminutiue corculuꝫ poſſumus
appellare. Ipſe in alio euāgeliſta taddeus.dr quē eccia
ſtica hiſtoria tradit miſſum ediſſam ad abagarū regem
Nam vt ibidem diciꝰ.p̄dictus rex abagarus dn̄o nr̄o
hieſu chriſto in hunc modum ep̄lam miſit vel deſtina-
uit. Abagarus euchanie filius hieſu ſaluatori bono q̄
apparuit in locis hieroſolymoꝝ ſalutem. Auditū eſt mi-
chi de te et de ſanitatibus quas facis.ꝙ ſine medicamē-
tis aut herbis fiant iſta p te.⁊ ꝙ verbo cecos facis vide
re.claudos ambulare.leproſos mūdari.⁊ mortuos reui
niſcere.quibꝫ omnibꝫ auditis de te.ſtatui in animo meo
vnum eſſe e duobꝫ aut quia tu ſis deus ⁊ deſcenderis d
celo vt hec facias.aut qr filius dei ſis qui hec facis. Pre
terea ego ſcribens rogaueri te.vt digneris fatigari vſ-
qꝫ ad me.et egritudinem meam qua diu laboro cura-
re. Nā et illud ꝯperi ꝙ iudei murmurant aduerſuꝫ te.
et volunt inſidiari tibi. Ueni igiꝰ ad me.quia eſt mihi
pua ciuitas.ſed honeſta que vtriſqꝫ ſufficit. Dn̄s aūt
in hec verba ſibi reſpondit. Beatus es quia credidiſti ī
me.cū ipē nō videris me. Scriptum eſt em̄ de me.qr hi
qui nō me vident credēt. De eo aūt qd ſcripſiſti ad me
vt veniā ad te.oportet me omnia hec adimplere ꝓpter
que miſſus ſum.⁊ poſtea recipi me ab eo a quo miſſus
ſum. Cū ergo aſſūptus fuero.aliquē de diſcipulis meis
mittam ad te vt curet te et viuificet te. Hec in hiſtoria
eccleſiaſtica. Uidens aūt abagarus ꝙ p̄ſentialiter xp̄m
videre nō poſſet ſm qd in quadam hiſtoria antiqua in
uenitur ſicut iohānes damaſcenꝰ in li.iiij.teſtaꝰ. picto-
rem quendam ad hieſum miſit.vt dn̄i imaginē figura-
ret.vt ſic ipm̄ ſaltem p imaginē ꝯſpiceret. quē in facie
videre nō poterat. Sed cū ad dn̄m pictor veniſſet.ꝓpꝰ
nimiū fulgorē qui ab eius facie ꝓcedebat in eius facieꝫ
clare nequibat intendere nec ipſam vt ſibi iuſſum fue-
rat figurare. Quod cernens dn̄s veſtimentū lineū ipiꝰ
pictoris accipiens.⁊ ſue faciei ſupimponens ſuipiꝰ ima
ginē eidem impſſit.ac deſideranti regi abagaro deſtina
uit. Illa aūt ep̄la dn̄i noſtri hieſu chriſti tante virtutis
fuiſſe diciꝰ ꝙ in illa ciuitate ediſſa nullus hereticus vel
paganus viuere valeret.nec tyrannus aliquis nocere ei
dem p̄ſumeret. Nam ſi aliquando gens aliqua manu
armata ꝯtra illā ciuitatē inſurgeret.infans aliquis ſup
portā ſtans ep̄lam illaꝫ legebat.et illa die hoſtes aut fu
giebant aut pacati cum eis ꝯponebant. ſic fertur olim
fuiſſe adimpletum. Sed poſtmodum illa ciuitas a ſara
cenis capta fuit ⁊ ꝓphanata.ſublato beneficio ꝓpꝰ abū
dantiam peccatoꝝ in oriente vndiqꝫ patefactā. Poſt-
qꝫ vero dominus aſſumptus eſt.vt in eccleſiaſtica hiſto
ria legitur.miſit apoſtolus thomas taddeum ad abaga
rum regem ſm domini promiſſionem.qui cum ad eum
veniſſet.et ſe diſcipulum hieſu chriſti ſibi promiſſuꝫ di
xiſſet.vidit abagarus in vultu taddei quendam mirum
et diuinum ſplendorem quo viſo.ſtupefactus et terri-
tus dominū adorauit dicens. Uere diſcipulus es hieſu
filij dei qui dixerat mihi mittam ad te aliquem de diſci
pulis meis.qui te curet et vitaꝫ tibi preſtet. Cui tadde-
us. Si in dei filium credideris. omnia tui cordis deſi-
deria obtinebis. Cui abagarus. Credo vere et in
deos qui eum crucifixerunt libentius trucidarem. ſi
michi poſſibilitatis adeſſet. Neqꝫ etiam romanorum

autoritas impediret. Cũ igit̃ abagar⁹ vt in q̃buſdã libris antiq̃s legit̃ leproſus eſſet. taddeus ep̃lam ſaluatoris accepit ⁊ de ea eius faciẽ cõfricauit. ⁊ ſtatim plenam ſanitatẽ accepit. Et nota q̄ iudas interp̃tat̃ ↄfitẽs vel glorioſus. Vel iudas dr̃ q̃ſi iubilũ dans. Ipſe em̃ habuit ↄfeſſionẽ fidei. gloriã regni. ⁊ iubilũ eterni gaudij. Hic multiplex habuit cognomẽ vt tactũ eſt. Dict⁹ em̃ iudas iacobi ſupple frater. Fuit em̃ frat̃ iacobi minoris. Scđo dict⁹ eſt taddeus. qđ interp̃tat̃ apprehẽdens p̃ncipem. Ipſe em̃ app̃hendit xp̃m p̃ncipẽ p̄ fidẽ formatam tenuit nec dimiſit. Tercio dict⁹ eſt in eccleſiaſtica hiſtoria lebeus. qđ ſonat quaſi cor. vel corcul⁹. i. cordis cultor.

Iudas ſcarioth. vel ſcariothis. vel a vico in q̃ natus eſt vel a tribu yſachar vocabulũ ſumpſit. q̃dã futuri p̄ſagio in ↄdẽnatõnẽ ſui. Yſachar em̃ interp̃tat̃ merces vt ſignaret̃ p̄ciũ ꝓditionis q̃ vendit dñm. Scarioth interp̃tat̃ memoria mortis. q: nõ repente p̄ſuaſus. ſ; diuti⁹ meditat⁹ p̄egit ſcelus.

Iudeiſo ſas. ſaui. dr̃ a iuda vel iudea. Et eſt iudeiſare iudeũ facẽ. vel iudeoꝝ more ſe habẽ. ⁊ hinc iudeiſmus deiſmi. i. ↄſuetudo ⁊ rit⁹ iudeoꝝ. vel gens iudeoꝝ.

Iudeus. A iuda filio iacob dr̃ iude⁹ dea. deũ. qđ nomẽ ſciſſura decẽ tribuũ hebreis impoſuit. Nã ante hebrei vel iſrael dicti ſunt ſ; ex q̃ in duo regna popul⁹ dei diuiſus eſt. tũc due trib⁹ q̃ de ſtirpe iuda reges habebãt iudeoꝝ nomen ſortite ſunt. Reliq̃ ꝟo decẽ tribuũ q̃ in ſamaria regẽ ſibi ↄſtituit. ob populi magnitudinẽ priſtinum nomẽ obtinuit iſrael. Et interp̃tat̃ iude⁹ cõfeſſor ſiue ↄfitens. Nomen ꝟo modo nudũ eis cõuenit interp̃tatio autem eius. ab eis longe abſentat̃. Nõ em̃ vero noie nũc dicunt̃ ↄfeſſores ſ; diffeſſores potius. Et a iudeus dr̃ h' iudea dee. terra eoꝝ quã incoluerũt. Et hinc poteſt modo ſumi iudeus iudea iudeũ. gentile ſc; q̃ eſt de terra illa.

Iudex. A ius dr̃ h' iudex cis. iudices iudicũ. Vel h' ⁊ h' iudex cis. cõis ge. vt dicũt quidam. Et dr̃ iudex q̃ſi ius dicẽs populo. vel iure diſceptãs. ⁊ eſt ety. Iure autem diſceptare. eſt iuſte iudicare. Nõ em̃ eſt iudex ſi nõ eſt in eo iuſticia. Vnde ⁊ iudiciũ p̄us inq̃ſitio vocabatur. Vnde ⁊ autores iudicioꝝ ⁊ p̄poſitos q̃ſtores vel q̃ſitores vocam⁹.

Iudiciarius rij. in iudiciũ eſt.

Iudiciũ. A ius dr̃ h' iudiciũ cij. q̃ſi iuris dictio ⁊ oſtenſio. ⁊ eſt iudiciũ dũ diſcernit̃. Cauſa cũ ꝓponit̃. Iuſticia cũ finit̃. ⁊ hinc h' iudiciolũ li. dimi. ⁊ iudiciarius ria. riũ. qđ p̄tinet ad iudiciũ. ⁊ h' ⁊ h' iudicial' ⁊ h' le. in eodẽ ſenſu. vide in ſuſpicio.

Iudico cas. caui. a iudex dr̃. ⁊ eſt iudicare. iure diſceptare. ius dicere. det̃minare cãm. vel iudicio dãnare. et inde iudicatori⁹ ria. riũ. ⁊ h' iudicatoriũ rij. locus vbi iudicat̃. ⁊ h' ⁊ h' iudicabil' ⁊ h' le. Iudico ↄponit̃ adiudico cas. i. ſcribere deſtinare. Cõiudico cas. i. ſimul iudicare. Diiudico cas. Preiudico cas. Vñ h' p̄iudicium cij. Iudico eſt actiuũ cũ omnib⁹ ſuis cõpoſitis. ⁊ corri. di. ſyllabam.

Iudith vidua laudanda q̃ interfecit olofernẽ ⁊ liberauit iſrael de manu hoſtis. ⁊ interp̃tat̃ laudãs vel iudea ⁊ confitens.

Iugabilis. A iugo gas. dr̃ h' ⁊ h' iugabil' ⁊ h' le. qđ etia; h' ⁊ h' iugal' ⁊ h' le. inuenit̃ p̄ ſyncopã. i. iungibilis. vel iugo abilis.

Iugalis. A iugũ dr̃ h' ⁊ h' iugalis ⁊ h' le. i. iugo aſſuetus. ſub iugo poſit⁹ q̃ſi domit⁹. Itẽ inuenit̃ iugalis. i. iungibilis. ⁊ dr̃ tũc a iugabilis p̄ ſyncopã. In ſcđo regũ. cap. viij. habetur. Subneruauit omnes iugales currũ et ꝓdu. ga.

Iugerũ ri. ſ̄m qđ cõiter accipit̃ eſt ſpaciũ t̃re qđ vnu; aratꝝ poteſt arare in die. ⁊ inuenit̃ h' iuger geris. in eadem ſignificatõe. Iſiđ. ſic di. in libro ety. Iugeꝝ cõſtat longitudine pedũ ducẽtoꝝ q̃draginta. latitudine cẽtũ viginti. ⁊ corripit penl'.

Iugis. A iugũ dr̃ h' ⁊ h' iugis ⁊ h' ge. i. aſſiduus ↄtinuus p̄ſeuerãs. Et ꝓdu. p̄mã ſ; iugũ eã corr. Vñ ꝟſus. Expers eſſe iugi veneris nequeo p̄ce iugi.

Iugitas tat'. fe. ge. i. aſſiduitas. p̄ſeuerãtia. Et format̃ a dtio iugi addita tas. fit iugitas. ⁊ cor. penl'.

Iugit̃ adū. i. aſſidue. ↄtinue p̄ſeuerant̃. ⁊ dr̃ a iugis.

Iuglans dis. fe. ge. ↄponit̃ a ioue ⁊ glans. ⁊ dicunt̃ iuglandes caſtanee q̃ſi iouis glandes. q: ſint ↄſecrate ei. vel q: ſint cib⁹ ioue dignus.

Iugo gas. gaui. gare. dr̃ a iugũ. ⁊ eſt iugare copulare. iungẽ. ſub iugo ponẽ. Et ↄpo. cũ con. et dr̃ cõiugo gas. i. cõiungẽ. ſub eodẽ iugo ponere. Itẽ cũ dis. ⁊ dicitur diſiugo gas. i. diſiungere. ſep̄are remouere. a iugo. Itẽ cũ ſub. et dr̃ ſubiugo gas. i. debellare. ſub iugo ponere. Iugo gas. actiuũ eſt cũ omnib⁹ ſuis cõpoſitis. ⁊ corri. hanc ſyllabã iu.

Iugulo. A iugũ dr̃ hic iugulus li. guttur vel gutturis inciſio. Luca. in ſcđo. His dabit h' pacẽ iugul⁹ fineq; maloꝝ. Et a iugulus dr̃ iugulo las. i. iugulu; incidere. Et hinc ꝟbalia iugulator iugulatrix. iugulatio et iugulatori⁹ ria. riũ. ⁊ h' iugulamẽ minis. et h' iugulamentũ ti. et cor. iu. Hora. in epi. Vt iugulent hoies ſurgũt de nocte latrones. Luca. in q̃rto. Vincit̃ haud gratis iugulo q̃ ꝓuocat hoſtẽ.

Iugulũ li. di. p̄uũ iugũ.

Iugũ. A iũgo gis. dr̃ h' iugũ gi. cacumẽ montis. q: ꝓpinq̃tate iugoꝝ colles iungant̃. ⁊ inde iugoſus ſa. ſum. i. cacuminoſus vl' montuoſus. Dicit̃ etiã iugum illud ligneũ inſtrumẽtũ cũ q̃ boues iũgunt̃. Vñ quadã ſimilitudine iugũ dicit̃ ſeruit⁹. et inde hic iugulus. et corri. primã iugũ. Proſper. Non ſeruile grauat libera corda iugũ.

Iulian⁹ na. nũ. nomẽ eſt poſſeſſiuũ de iuli⁹ ceſar. ⁊ hinc iulian⁹ ni. dr̃ ꝓpriũ nomẽ cuiuſdã viri.

Iulius. Iulus li. fuit fili⁹ enee. ⁊ eſt biſſyllabũ. lic; q̃nq; cã metri ponat̃ triſſyllabũ. et hinc ceſar dict⁹ eſt iulius. q: de eiuſdẽ ꝓgenie ꝓceſſit. Vñ illud. Iuli⁹ a magno dimiſſu; nomẽ iulo. ⁊ hic iuli⁹ lia. liũ. nomẽ poſſeſſiuũ. ⁊ h' iulia lie. q̃dã colũna rome i cui⁹ ſummitate eſt vrna. in q̃ poſita fuerũt oſſa ⁊ cinis corpis ceſaris. et hinc dicta eſt iulia. Itẽ a iulio impatore dict⁹ eſt h' iuli⁹ lij. q̃dã mẽſis. q̃ p̄mo vocabat̃ q̃ntilis. ſ; poſtea in honorẽ iulij ceſaris q̃ eo mẽſe nat⁹ eſt. vel q̃ in eo aliquã victoriã obtinuit. dict⁹ eſt iuli⁹. et hinc iuli⁹ lia. liũ. De h' etiã vide in q̃ntilis.

Iulos ꝓprie. p̄ma barba. ſ. lanugo dr̃.

Iulus li. in iuli⁹ lij. vide.

Iumentũ ti. a iuuo uas. vel a iuuamẽtũ p̄ ſyncopa; dr̃ h' iumẽtũ ti. equus vel bos vel aſin⁹. et dicunt̃ hmõi animalia iumẽta. q: noſtꝝ laborem vl' onus ſuo adiutorio ſubuectãdo et arãdo iuuẽt. Nã carpẽta trahit bos. et duriſſimas terre glebas vomẽ euertit. Equus et aſin⁹ portãt onera. ⁊ hominũ in gradiẽdo laborẽ temperãt. vñ ⁊ iumẽta appellant̃. q: iuuãt hoies. Eadẽ ꝗ̃ dicũt̃ armẽta. Et a iumentũ dr̃ iumẽtarius ria. riũ. qđ p̄tinet ad iumentũ. ⁊ hic iumentarius rij. ⁊ hec iumentaria rie. cuſtos iumẽti.

Iuncata cate. eſt lac cõcretũ. ⁊ in iuncis inuolutũ. et dr̃ a iuncus ci.

Iunceus cea. ceũ. in iũcus vide.

Iunc⁹ ci. dr̃ a iungo gis. q: eo aliq̃d iungit̃ et ligat̃ vel q: iũctis radicib⁹ hereat. Vñ h' iũcul⁹ li. dimi. et h' iuncetũ ti. locus vbi iunci abũdant. Et iũceus cea. ceũ. i. de iuncis exiſtẽs. vel ad iũcos p̄tinẽs. vel macer. vel ſubtil' ad modũ iunci.

Iungibil'. A iũgo gis. deriuat̃ h' et hec iũgibilis. et h' le. apt⁹ ad iũgendũ. Vnde iũgibilit̃ aduer. et hec iungibilitas tatis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De litera I ante V

Iungo gis.xi.ctū.ꝯponit᷑ cum ab.⁊ dr̄ abiungo gis.xi.ctū.i.ſepare.⁊ cū ad.⁊ dr̄ adiūgo gis.i.ad aliqd iūgere ⁊ cū con.⁊ dr̄ ꝯiungo gis.i.ſimul iungo. Item cū diſ.⁊ dr̄ diſiungo gis.i.ſepare diuidē. Itē cū in.⁊ dr̄ iniūgo gis.i.ꝑcipere. Itē cū re.⁊ dr̄ reiungo gis.i.diſiungē vel iteꝝ iungē. Itē cū ſub.⁊ dr̄ ſubiūgo gis.i.ſubtus poſt.vel latent᷑ iungere. Itē cū ſe.⁊ dr̄ ſeiungo gis.i.ſeorſuꝫ iungē.vel ſeorſum a iunctura facē.i.diſiungē. Iungo ⁊ eius ꝯpoſita ſunt actiua.⁊ faciūt ꝑteritū in xi.⁊ ſupinū in ctum.

Iunipirus. Pir qđ eſt ignis ꝯpo.cū gigno.⁊ dr̄ hic iunipirus ri.quedā arbor cui⁹ cineres pleno āno ſeruant ignē.⁊ dr̄ iunipirus q̄ſi gignipir⁹.i.gignens pir.i.igneꝫ q꞉ contectū diu teneat ignē.adeo.vt ſi prune eius cinere fuerint coopte vſqꝫ ad annū ꝑueniūt. Vel dr̄ ſic.q꞉ ab amplo vſqꝫ acutū finit vt ignis.

Iunius in maius exponit᷑.⁊ etiā in iuuenis.

Iunix cis.fe.ge.a iuuando dr̄.⁊ eſt idē ꝙ iuuencula.i.ꝑua bos ſm hug. Pap. vo di. Iunices boues iuuenes ⁊ ꝓdu.penl᷑.gti. Vn̄ ꝑſius. Tot tibi in flamis iunicuꝫ omenta liqueſcūt.

Iuno nonis.fe.ge.dr̄ a iuuo uas.q̄ſi iuuans nouos.eſt eñ iuno diuina bonitas.q̄ nouos iuuat.q꞉ cūcta gratia ſua nutrit. Eſt etiā aer q̄ ſimilit᷑ iuuat nouos.q꞉ infantes a calido ⁊ humido vtero venietes.⁊ ſimiliū q̄litatuꝫ bñficia poſcētes recipit fouēs humore ⁊ calore.q꞉ ipſe ſolus int᷑ elemēta calidus eſt ⁊ humid⁹. Hinc etiaꝫ eſſe dr̄ lucina.i.dea ꝑtus. Vel iuno dr̄ q̄ſi iano a ianua.i.ianua ꝓpagationis feminaꝝ.quia q̄ſi portas matronaꝝ pandit ⁊ naturas nubentiū maritis. Eſt eñ dea ꝑturientium ⁊ nubentiū.⁊ a iuno dr̄ iunonius nia.niū.i.res ꝑtinens ad iunonē.vel res iunonis ſicut pauo q̄ dicit᷑ auis iunonia. Vn̄ ouidi⁹ de arte. Laudatas oſtēdit auis iunonia pennas.

Iunonius nia.niū.exponit᷑ in iuno.

Iuppiter exponit᷑ in iouis. Nota tn̄ h̄ ꝙ ſapiētes philoſophi ioui q̄ eſt vna ſeptē ſtellaꝝ erraticaꝝ tonare attribuūt.cui⁹ nulla alia cauſa eſt.niſi q꞉ iuppiter habꝫ in ꝓprietate eleuare ventoꝝ fortiū ⁊ ſiccoꝝ materiā.ꝑcipue qn̄ fuerit cōiunctus in ꝯtute aliqua cuꝫ marte tꝑe eſtiuo in ſignis aquilonaribꝫ.q꞉ tunc certe pōt ꝑdici ꝙ multe ſcintillationes ⁊ tonitrua fient in aere.ita vt etiā ꝑiculū ſit futuꝝ hominibꝫ ꝓpter aeris peſtilentiā ex nimia corruptione futura ꝓpter vapores incenſos ⁊ peſtiferos immixtos aeri.q꞉ iuppiter cū ſole eleuat eos ⁊ mars incendendo corrumpit eoſdem.⁊ ita aer fit venenoſus. Quecunqꝫ aūt ab auguribꝫ vel a fabuloſis inuenta legunt᷑.ꝙ iuppiter ſit deus vel hm̄oi friuola ſunt ⁊ abſqꝫ ꝯſideratōe philoſophica dicta.nec dignū ē vt diſputetur ꝯ̄ ea q̄ q̄ſi nulli rōni innitunt᷑.⁊ ſic tāqꝫ fidelis theologus ꝯſimilia intelligo a me in h̄ oꝑe refutāda. Vide in hymem ⁊ etiā in cometa.

Iurat⁹ ta.tū.dr̄ a iuro ras.raui.qđ iurat⁹ facit.⁊ ponit᷑ actiue vel paſſiue. Vn̄ oui. Tu mihi iuratus ꝑ numina matris aquoſe.actiue dixit. Et alit᷑. Iurata numina nō te reducūt.paſſiue dixit. De h̄ vide ſup̄ in tercia ꝑte in tractatu de ꝑteritis ſcđe ꝯiugatōis in cap̄.de deſinētibꝫ in deo.⁊ in pranſus.

Iurgiū gij.⁊ h̄ iurgamē minis.in eodē ſenſu.⁊ dr̄ a iurgo gas. Et eſt iurgiū litigatio vel ꝟberatio.quaſi iuris garriū.vel q̄ſi iuris actio ſm hug. Vel ſm pap̄. Iurgiū dr̄ cōuiciū.cauſal᷑ cōtentio.

Iurgo gas.ꝯponit᷑ a ius.⁊ garrio vel ago.⁊ dr̄ iurgare.i.iure agē.vel iure garrire.q꞉ hi q̄ cām dicūt iure diſceptant. Et accipitur iurgare in dualꝫ ſignificationibꝫ. Iurgare eñ eſt rixari litigare.⁊ ꝓprie in cauſis agendis Et iurgare eſt repꝛhendē.caſtigare corripe.corrigere.culpare ⁊ impugnare ꝟbis.vel litigando ꝟberare. Et ſm h̄ ꝯſtruit᷑ cū actio.⁊ ꝯponit᷑. Obiurgo gas.i.ꝯ̄ aliquē vel fortit᷑ iurgare. Et ſunt neutra ⁊ abſoluta ꝓ litigare. In alia vo ſignificatōe ſunt actiua. Et nota ꝙ in eodē ſenſu inueniunt᷑ deponētia iurgor garis.gatus ſum.⁊ obiurgor garis.iurgat⁹ ſū. Itē nota ꝙ iurgam⁹.⁊ obiurgam⁹ ꝟbis.h̄ caſtigam⁹ dū cedim⁹.

Iuridicialis.a ius ⁊ dico cis.cōponit᷑ hic ⁊ h̄ iuridicialis ⁊ h̄ le.q̄ de iure tractat. Vnde ⁊ q̄dā ꝯſtitutio in arte rhetorica dr̄ iuridicial᷑ q꞉ de iure tractat.

Iuridicus.ca.cū.i.rectus q̄ dicit ius.⁊ ꝯponit᷑ a ius et dico dicis.dixi.⁊ corripit di.ſicut dixi.corripit di.naturaliter.

Iuriſcōſultus.i.iuriſperit⁹ ſm papiā.

Iuriſdicio onis.cōpo.a ius ⁊ dicio onis.qđ eſt ꝑtās.et dicit᷑ iuriſditio.i.iuris ꝑtās ſuꝑ aliquē.⁊ ſcribit᷑ ꝑ c.ſolam.ſicut dicio.

Iuro ras.raui.ratū.a iure dr̄. Et ꝯponit᷑. Adiuro ras. Coniuro ras.in eodē ſenſu.ſ.exorcizare.⁊ cōiurare.i.ſimul iurare.cōſpirare.ꝯiurationē facere. Deiero ras.i.valde iurare vel peiorare. Reguꝫ.j.ca.xx.dr̄. Addidit ionathas deierare dauid.i.valde vel firmit᷑ iurare. Peiero ras.i.ꝑiuriū cōmittere. Et nota ꝙ in iſtis duobus ꝟbis.ſ.deiuro ⁊ ꝑiuro.quibꝫ vtebant᷑ antiq̄ nos mutamus v.in e.correptā ſubtracta r.a ſcđo ꝟbo.⁊ dicimus deiero ras.⁊ peiero ras.ꝓ ꝑiuro ras.⁊ deiuro ras. Lucanus in.vj. Vos eſtis o ſuꝑi ſtigias q̄ peierant vndas Iuro ras.neutrū eſt cū omnibꝫ ſuis ꝯpoſitis ꝑter adiuro ⁊ cōiuro ꝓ exorcizare que ſunt actiua. Vide etiā in iurat⁹ ⁊ in mentior. ¶ Et ſcias ꝙ iurare ſm auguſti.eſt ius veritatis deo reddere. Iuramentū aūt a iuriſtis ſic diffinit᷑. Iuramentū eſt affirmatio vel negatio de aliq̄ ſacro rei affirmatione firmata. Tria aūt reqrunt᷑ ad h̄ ꝙ iuramentū ſit rectū. Vnū ex ꝑte ipſius rei de q̄ iurat᷑ ⁊ ſic requirit᷑ veritas ꝑ quā vox ſiue dictū rei adequat᷑ al᷑s dictū non eſſet confirmatione dignū. Et hic ſumit᷑ veritas ſm qđ eſt adequatio vocis ad rem. vn̄ de veritas debet eſſe in cōſcientia.vt firmiter ſciat ita eſſe.al᷑s ſi tm̄ credat non debet de conſcientia.ſ; de credulitate iurare. Aliud requirit᷑ ex parte cauſe ꝓ qua iurat᷑.⁊ ſic requiritur iuſticia.al᷑s non eſt debita neceſſitas. Debet eñ id quod iurat᷑ eſſe licitum ⁊ honeſtū. Tercium reqritur ex parte iurātis.⁊ ſic requirit᷑ vt cum diſcretione iuret.al᷑s non adhibet᷑ debita cautela.⁊ ſic eſt iudicium ⁊ cōtinetur in iudicio ꝙ ſit diſcretio iurātis.debita forma.⁊ euentus ⁊ tempus.⁊ omnia que ex parte iurantis conſiderāda occurrunt. De his dicit᷑ Hiere.iiij. Iurabunt dicit domin⁹ in veritate ⁊ iuſticia ⁊ iudicio. vel dic ꝙ veritas requirit᷑ q̄ſtum ad iurantem.ꝙ ſcꝫ dicat qđ habet in conſcientia. Iuſticia quo ad rem iuratam ꝙ id quod iuratur ſit licitū ⁊ honeſtum. Iudicium requiritur quo ad cauſam que inducit ad iurandū.vt nō iuret etiam ſine neceſſitate ⁊ vtilitate ꝓximi. Item nota ꝙ quando iuramentū vergit in deteriorem exitū nō debet ſeruari. Poteſt autē iuramentū in deteriorē exitum vergere dupliciter. Vno modo quia ab ipſo principio habet peiorē exitum.vel quia ſm ſe eſt malum.ſicut cū aliquis iurat ſe adulterium patratuꝝ.ſiue q꞉ eſt maioris bonitatis impeditiuū.puta cū aliquis iurat ſe nō intraturū religionē.vel ꝙ nō fiet clericus.aut ꝙ nō accipiet p̄lationē in caſu in quo expedit eum accipere vel ſiquid aliud eſt huiuſmodi. Tale eñ iuramentū eſt a principio illicitū. Differēter tamen.quia ſiquis iuret ſe facturum aliquod peccatū.⁊ peccauit iurando.peccat iuramētū ſeruādo. Si quis autē iurat ſe non facturum aliquod melius bonū quod tamē facere nō tenet᷑.peccat quidem iurando inquantū ponit obicem ſpiritui ſancto qui eſt boni ꝓpoſiti inſpirator.tamē non peccat iuramentū ſeruando.ſed multo melius facit ſi non ſeruet. Alio modo vergit ad deteriorem exitum ꝓpter aliquid qđ de nouo emergit quod nō fuit ꝑmeditatuꝫ.ſicut patet in iuramēto herodis.qui iurauit puelle ſaltanti ſe datuꝝ quod petiſſet. Hoc eñ iuramentū po-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

terat a ꝓ̄cipio eē licitū ītellecta debita ꝯditōe. ſ. ſi pe-
teret qđ dare deceꝫ. ſed impletō iuramenti fuit illicita
Vñ ābro. di. i li. đ officiis ē ꝯ officiū nōnūꝗ̄ ꝓmiſſum
ſoluere ſacr̄m. ſicut herodes q̄ necē ſancti ioānis pſta-
uit ne ꝓmiſſuꝫ negaret. ¶ Volo etiā te ſcire. ꝙ q̄ñ nō
eſt eadē iurāt' ītentō. ⁊ eius cui iurat' ſꝫ ꝓuenit ex do
lo iurantis debet iuramētum ſuari ſm̄ ſanū intellectū
eius cui iuramētū pſtatur. Vñ dic' iſid. Quacūꝗ̄ arte
ꝟboꝝ quis iuret. Deus tñ qui ꝯſciētie teſtis eſt ita hoc
accipit. ſic' ille cui iurat' intelligit. ⁊ quod id intelligat'
de doloſo iuramēto ptꝫ ꝑ id qđ ſubdit'. Dupliciter reꝰ fit
quod ⁊ nomē dei īuanuꝫ aſſumit. ⁊ primū dolo capit.
Si aūt iurās dolū nō adhibeat. obligat' ſm̄ intētioneꝫ
iurantis. Vñ grego. xxvij. moral'. Humane aures talia
ꝟba nr̄a iudicāt. qlia foris ſonāt. Diuina vero iuditia
talia foris audiunt. qlia ex ītimis ꝓferūt'. vid' i periurus
Ius iuris. dicit' a iubeo bes. q: iubet. Et ē ius lex hūa-
na. Fas lex diuia. Trāſire aūt ꝑ agrū alienū faſ ē. Ius
ꝟo nō ē. Itē ius. d' eſſe lex ſcripta. Itē leges humane
ſunt. Iura diuina ſunt. Itē ius generale eſt. Lex eius
ſpēs. ⁊ carꝫ ꝰ nom̄ ius' gtio. dtio ⁊ ablatio pl'ralibꝰ q̄nū
ad vſū ſꝫ hug. ⁊ differt ius' a iuſtitia vt dicā ī iuſticia Et
ꝙ ius inuenit' in aliis ſignificatōibꝰ. Vñ ꝟſus Ius aq̄
ius rectū. ius d' eſſe ptās. ¶ Itē ius ꝓphanū dicitur bro-
dium vel aqua in qua coquuntur carnes porcine. que
ꝓphane ſunt iudeis. Et dicūt qdā ius. iuris ꝓ lege vel
poteſtate. vl' ratōe ꝑ ris. Sed ius iutis ꝑ t. ꝓ aqua vel
brodio. Sꝫ priſc. nō facit iſtā differētiaꝫ. Vñ in ſexto
li. di. ius ablata s. ⁊ addita ris. fit gtūs vt ius. iuris. vt
neutra monaſyllaba in us. deſinētia. Mihi āt videt' ꝙ
ꝓ brodio facit gtm̄ in tis. vt ius iutis. ſicut et vulgari
aliquoꝝ ſonat. Vñ ꝟſus. Ius iutis mādo. ius iuris. in
Iuſiurādum di. neu. ge. i. iuriſiuratō. magnie pando
Iuſta a iuſtū deriuat' pluraliter ꝰ iuſta iuſtoꝝ id ē exe
quie mortuoꝝ. q: iuſtū eſt vt hō hoiem. cuius cinerem
ſepeliat. Vñ ouid. Iniuſta iuſte ꝑegi.
Iuſticia a iuſtus iuſti. addita cia. fit hec iuſticia cie. ⁊
eſt iuſticia conſtans. ⁊ ꝑpetua voluntas reddens vni-
cuiꝗ̄ quod ſuū ē. Et differt ius. a iuſticia. q: ius ē ars.
eq̄ ⁊ boni. ſꝫ iuſticia ē ꝯſtans ⁊ ꝑpetua volūtas. vl' ē vir
tus tribuēs vnicuiꝗ̄ quod ſuū ē. Itē oē ius eſt iuſticia
ſꝫ ñ ecōuerſo. Itē ius d' ī re ſed iuſtitia in actu. ⁊ exer-
cicio vl' opatōe. vñ ⁊ d' iuſticia q̄ſi iuris ſtatus vl' ſtatio
quia ꝑ iuſticiam ſtat ius. i. exercet'. ⁊ eſt etymol'. Et ſic
dixi in formido facile deriuat a iuſticia qui in cauſis nō
deū. ſed homines formidat
Iuſtifico cas. caui. care. verbū actiuū. i. iuſtū facio. ⁊
ꝯponit' a iuſtus ⁊ facio cis. ⁊ cor. fi.
Iuſticium. a ius ⁊ taceo ꝯponit' hoc iuſticiū cij. id eſt
taciturnitas iuris ⁊ ceſſatio. Vñ iuſticiū ꝯponi. a ius ⁊
ſtatio. Inde iuſticium quaſi iuris ſtacō. i. iuris ceſſatio
Tūc em̄ ius ſtat id eſt ceſſat. cū nō exercet'. Vel iuſti-
ciū quaſi iuris ſtatio. id eſt iuſticia que eſt iuris ſtatio.
q: ꝑ iuſticiam ius ſtat. id eſt non exercetur. Luca. in. ij.
Ferale ꝑ vrbē iuſticium.
Iuſtus a ius d' iuſtus ſta. ſtū. Et dicit' iuſtus q̄ſi ius tu
ens vel tenēs ſcꝫ q̄ ius cuſtodit ⁊ ſm̄ legē viuit. ⁊ ē ety-
mologia. Et ꝯpat' iuſtus ſtior. ſtiſſimꝰ. Vñ ī iuſte ſtius
ſtiſſime. aduer. Iuſtus ꝯponit' iniuſtus id eſt nō iuſtꝰ
Vñ hec iniuſticia cie. ⁊ differt iuſtus ab equo q: iuſtꝰ
ex lege eſt quaſi ius cuſtodiēs. Equus ex natura ē. Et
ſcias ꝙ q̄ negligit damnū ꝓpter amicum id ē xp̄ꝫ iuſtꝰ
eſt ꝓuerbioꝝ. xj. Vide in ſeuerus
Iuſum eſt aduer. loci. i. deorſum ⁊ ꝯtrarium eſt ei qđ ē
ſuſum vel ſurſum
Iutus ta. tū. id eſt adiutus ꝑticipium de iuuor uaris.
Iuuamen mis. d' a iuuo uas. ⁊ hoc exigit vt in ꝑterito
dicatur iuuaui. ⁊ in ſupino iuuatū regulariter qđ apđ
antiquos inuenitur ⁊ hoc etiam exigit hoc iuuamentū
mēti ⁊ ꝓducit penl'. iuuamē mia

Iuuenalis. a iuuenis dicit' hic ⁊ ꝰ iuuenalis ⁊ hoc nale.
qđ ꝑtinet ad iuuenē vel laſciuꝰ ſiue ſtultus. ⁊ fatuꝰ ad
modum iuuenis. Inuenit' etiā hic ⁊ ꝰ iuuenilis ⁊ ꝰ le. ī
eodem ſenſu. vñ iuuenilit' aduer. ⁊ ꝰ iuuenilitas tat'.
Vñ hora. in epi. Alta iuuenales tardat arena pedes.
Inuenit' etiā hic iuuenalis huius iuuenalis ꝓpriū no-
mē cuiuſdaꝫ viri ⁊ deſinit ablatiuus in e. tm̄. vt iuuena-
lis ab hoc iuuenale.
Iuuenculus li. dimi. ꝑuus iuuencus vñ ꝰ iuuencula
le. que alio nomine dicit' iunix.
Iuuencus. a iuuo uas. d' ꝰ iuuēcꝰ ci. i. bos nouellꝰ cuꝫ
vitulo diſcedit. ⁊ iuuare īcipit hoīs vſꝰ ī raꝫ excolē-
do. Et hic hec iuuēca ce. ⁊ corr. primam. Ouid. in epi.
Mī male ineq̄les veniūt ad aratra iuuēci. Vid' ī vitulꝰ
Iuueneo. a iuuenis deriuat' iuueneo nes. nui. i. eſſe vel
fieri iuuenē. vel virere florere. ſiue ſplēdere. que ſunt ꝓ
prietates iuuenis. Vñ enſis dicit' iuuenere cuꝫ purga
tus reſplendet. Et ꝯpo. Reiuueneo nes. Et hinc icho
ati. iuueneſco ſcis. ⁊ reiuueneſco ſcis.
Iuueneſco ſcis. in iuueneo eſt.
Iuuenilis. a iuuenis d'. ⁊ ꝓdu. penl'. vide ī iuuenalis.
Iuuenis. A iuuo uas. d' hic ⁊ hec iuuenis. quia iuua-
re poſſe icipit. Et ē iuuenis ī ipo etatis icremēto poſitꝰ
⁊ ad auxiliandū ꝑparatꝰ. Et nota ꝙ antiqui dicebant
hic ⁊ ꝰ iuuenis. ⁊ ꝰ ne. ⁊ ꝯpabat' iuuenis nior. niſſimus
ſꝫ mō iuuenis declinat' tm̄ ꝑ duo genera ⁊ caret ſupla-
tiuo. ⁊ hꝫ ꝯpatiuū irregulare. ſ. ꝰ ⁊ ꝰ iunior. ⁊ ꝰ iunius
⁊ hic d' hic iuniꝰ nij. a iunioribꝰ qdaꝫ mēſis ſicut ma-
ius a maioribꝰ. Vñ iuniꝰ nia. niū. vt iunie kalēde. ⁊ fa-
cit genitiuꝰ pluralis in vm. ⁊ accuſatiuꝰ ī em tm̄ vt iuue
num iuuenes. vide in panis.
Iuuenor naris. natus ſum. dicit' a iuuenis. ⁊ eſt iuue-
nari more iuuenum ſe habere. vnde in dyaletica argu
mētatione ille d' iuuenari q̄ bis vel ter vl' q̄ter vel ſepius
idē repetit neſciēs ꝓcedere.
Iuuēta te. in iuuētus exponit'.
Iuuentus. A iuuenis d' hec iuuentus tut'. ⁊ ꝰ iuuēta
te. Iuuentus ē collectio iuuenū. et etas plimoꝝ iuuenū
Sed iuuēta te. etas vnius iuuenis. Et eſt iuuētus vel
iuuēta a viceſimo octauo āno vſꝗ̄ ad q̄nquageſimum
Iuuentus etiā dicit' dea iuuētutis.
Iuuo uas. iuui. tū. i. auxiliari. delectari vñ hoc iuuamē
mis. ⁊ hoc iuuamentū. ⁊ ꝰ exigūt vt in ꝑterito dicatur
regularit' iuuaui. ⁊ in ſup. iuuatum. Iuuo ꝯpo. Adiu
uo uas. iui. tū. qđ ꝯponit' cū con. ⁊ dicit' coadiuuo uas.
Iuuo eſt actiuū cū oībꝰ ſuis ꝯpoſitis. ⁊ ꝑteritū facit in
ui. ⁊ ſupinū in tū. ⁊ in p̄ńti corr. hāc ſyllabā iu. ſed in ꝑ-
terito ⁊ ſupino eam ꝓdu. Proſper. Quid iuuat in lō
gum cauſas ꝓducere morbi. Et facit ex ſe ꝰ impſona-
le iuuat. qđ ꝯſtruit' cum actio vt me iuuat. Et ſcias ꝙ
apud antiquos inuenit' iuuaui ⁊ iuuatus.
Iux' aduer. loci. ⁊ ſignat localem ꝓpinq̄tatem. vt iſte
ſedet iuxta eū. Iteꝫ ē aduer. ſilitudinis ⁊ tūc ſignificat
accōmodatōeꝫ ⁊ ſilitudineꝫ. vt hoc eſt dictū iuxta illuꝫ
magiſtrū. Itē iuxta eſt aduer. q̄litatis. ⁊ tunc ſignificat
eq̄litateꝫ. vt iuxta. i. eq̄liter. In qua ſignificatione vide
tur eſſe aduer. ſilitudis.
Iuxto xtas. xtaui. xtare. i. approximare adeſſe iuxta. cē
Et d' a iuxta aduerbio.

## I ante X

Yxion. yxionis. maſ. ge. pi fuit cētauroꝝ q̄ iunonem de
ꝯcubitu interpellauit. Et interpretatur dignitas. Vñ
et dicitur yxion. quaſi anxion. qđ eſt grece dignitas.
vel quaſi anxion. ab ango gis. quia dignitas reddit ho
minem anxium. vnde yxioneus nea. neum. Et hinc hic
yxionides dei filius vel nepos yxionis ⁊ ſubtracta de. ſyl
laba. dicitur yxionis. huius yxionidis. filia vel neptis.
yxionis. Et eſt yxion yxionis. auis de genere vulturis.
alba ⁊ minor q̄ꝫ vultur

# De litera

Dentro.xxiiij. dicit̃ yxion ꝓ aue in quibuſdã libꝛis. yxionides.yxionide.ꝛ yxionis.xionidis.in xion.exponitur.

## K ante A

Et q. q̃⁹uis figura ꝛ k nomine videant̃ al: quam habere differentiam cum c.tamen eandem tam in ſono vocũ q̃ȝ i metro ꝓtinẽt ptãteȝ. Et k.q̃ dẽ penit⁹ ſupuacua ẽ. Nulla ei videt̃ ratõ cur ſeq̃nte a.debeat ſcribi k. Cartago eñ ꝛ caput ſiue p c.ſiue p k ſcribant̃ nullã faciũt nec in ſono nec in ptãte eiuſdem ꝯſonãtis differentiã.ſicut di. pſ.in pꝛimo maio. Et vt dicit pap. Dia greca qualicũq ȝ ſequente vocali per k. ſcribenda ſunt.ſed h̃ a ſcriptoꝛib⁹ non ſeruatur. Hug. vero dicit ꝙ hec figura k.ſupſluit apud nos.ſed neq̃ q̃ȝ apud grecos. Ubi.n. nos ſcribimus c .greci ſcribũt k. ꝛ vocatur apud eos kappa. In nullis g̃ latinis dictionib⁹ debet ſcribi k.ſed tm̃ in grecis. In nothis vero in differenter põt ſcribi tam c.q̃ȝ k.quia eñ reducte ſunt ad latinitatẽ poſſunt ſcribi per c . ſed quia a grecis habẽt pꝛincipiũ ꝛ oꝛiginem pñt ſcribi per k. Qð ꝯſiderãtes ſupius.tractauim⁹ in tercia lr̃a de multis dictõnib⁹ grecis ſiue nothis. ꝛ in hoc ſecuti ſim⁹ huguitõȝ.

Kala grece latine laxa dr̃.

Kalẽdariũ rij.liber ẽ vbi kalẽde diſtincte ſunt.ꝛ dicitur a kalende kalẽdaꝝ.

Kalẽde. A kalo qð eſt voco he kalende arũ.i.pꝛimus dies mẽſis.q: eo die ſolebat pontifex aſcendere turrim de ꝯſuetudine romanoꝝ . ꝛ volẽs nũciare quotta eſſet luna eo die.vel pͥncipium menſis. dicebat pluries kalo kalo.quaſi voco vos. venite .ꝛ audite etatem lune vel pꝛincipiũ mẽſis .ꝛ ideo ille dies menſis dictus eſt kalende quaſi vocationes. Uel aliter de ꝯſuetudĩe romanorum erat ꝙ in pͥncipio cuiuſlibet mẽſis celebꝛabãt nundinas ꝛ eas incipiebãt in nonis q: ergo venturi neſciebant pꝛincipiũ mẽſis.ideo ſemꝑ in pꝛima die pͨco turri aſcendebat ꝛ totiens vocabat kalo.quaſi voco vos ad nundias.quot dies reſtabant vſq ȝ ad diẽ in q̃ volebãt incipe foꝛum. vt ſi quarto die quater dicebat kalo.ſi in ſexto ſexies. Unde ꝛ ille menſis habet quatuoꝛ nonas iſte vero ſex nonas. Qð ideo ſic diuiſerũt. vt latrones neſcirent quando deberet eſſe foꝛum. quia abſcondebant̃ in ſiluis ꝛ veniẽtes ad foꝛ. occidebant ꝛ pͥdabantur. Et ideo dicte ſunt kalẽde q̃ſi vocatões ad foꝝ. Et q: plures dicebat kalo. ido ab illa pluralitate dictum eſt tm̃ pl̃aliter kalende daruȝ. ꝛ põt ſcribi kalẽde tam ꝑ c.ſm latinos.q̃ȝ per k.ſm grecos. Cõpetenti⁹ tñ per k. q: magis eſt grecum. Uel kalende dicunt̃ q̃ſi colende. q: ſolebant coli apud veteres

Kalo. A kalon qð eſt lignũ.dr̃ hic kalo onis .i. ille qui fert ligna.kalones etiam dicunt̃ galee militũ.

Kalodemones.in demõ exponit̃.

Kaos grece dicunt materiaȝ celi ꝛ t̃re q̃ pͥmo facta eſt ꝯfuſa ꝛ infoꝛmis . ꝛ acuit̃ in fine.

Katherina ne. ꝓpꝛium nomẽ cuiuſdaȝ ſancte virginis dicit̃ a kata quod eſt vniuerſuȝ ꝛ ruina.quaſi vniuerſalis ruina. Omne.n. edificiũ dyaboli in ea vniuerſaliter coꝛruit. Nam in ea ruit edificium ſuperbie per humilitatem quam habuit . Carnalis concupiſcentie per virginitatem quam ſeruauit cupiditas mundane quia oĩa mũdana deſpexit.

Kyri per vnum r.id eſt dominus.kyrri per duo r .id ẽ poꝛcus ſiue ſus.

Kyrieleiſon.i. dñe miſerere. ꝛ ſunt due ꝑtes ꝛ ñ dictio ꝯpoſita.nã kyri.i.dñe eleiſon.i.miſerere.

## L ante A

## L ante A

Labarũ.a laboꝛ laberis dicit̃ hoc labaꝝ id eſt ſignuȝ bellicum quod ex auro ſcȝ ꝛ lapidib⁹ pͥcioſis in vexillũ ſancte cruc̃ trãſfoꝛmatũ.int̃ alia bellica ſigna pͥcioſi⁹ erat.qð impatoꝛ . ꝛ ꝯſules adoꝛabant Hoc ſignũ ꝛ adoꝛatõȝ ei⁹ ꝯſtãtin⁹ fieri iuſſit.

Labdaciſm⁹ ẽ vbi l. plurimũ ſic ſonat. vt ſol. ꝛ luna luce lucẽt. Labdaciſm⁹ etiã ẽ vel ſi ꝓ vno l. duo ꝓnũciant̃.vel quotiẽs vnũ l. exilius.duo largius ſonãt . nam vnũ largius.duo exilius ꝓferri debẽt.

Labecula le.dimi.pua labes.ꝛ coꝛr.penul.

Labefacio. Labare vel labi ꝯponit̃ cũ facõ cis.ꝛ dicitur labefacõ cis.i.ꝯuellere.ꝯterere.ferire facere labare vel labi. Itẽ labefacõ cis.ideȝ qð maculare.ꝛ tũc ꝯpo. a labes. ꝛ facio.

Labefacto ctas.eſt freq̃ntatiuũ iſti⁹ vbi labefacõ cis. Et labefacto põt eẽ freq̃ñ. a labefio fis.

Labefio. Labare vel labi ꝯpo.cũ fio fis .ꝛ dr̃ labefio fis.i.labi vel labare. Itẽ labefio fis . idẽ eſt qð maculari ꝛ tũc ꝯponitur a labes.ꝛ fio fis.

Labellũ.a labꝛũ dr̃ hoc labellũ li.dimi. Et hic hoc labellulum li.aliud dimi .

Labeo onis.maſ.ge.i.tabernarius vel leccatoꝛ .ꝛ dr̃ a laboꝛ eris. Et labeo fuit q̇dam legiſpitus ꝛ q̇dam vilis

Laberint⁹ ti.i. ꝑplexũ edificiũ quale erat ꝓpoeta. apud cretã factũ a dedalo.ꝛ dicit̃ hic laberint⁹. q: nemo inde poſſet labi.vel q: erratilis ẽ ꝛ ad labendũ facilis.ꝛ ſic dicit̃ a laboꝛ beris. vl̃ dr̃ laboꝛint⁹ ꝑ o.a laboꝛ. oꝛis.ꝛ intus.q: hȝ ĩtus laboꝛẽ.

Labes bis.fe .ge. dr̃ a laboꝛ beris.ꝛ eſt labes putredo. ꝑnicies.ruina.miſeria.ꝛ ꝯpo.cũ facõ ꝛ dr̃ labefacõ cis.i. maculaꝛ.ꝛ labefio fis.i.maculari. q̃ poſſunt eẽ ꝯpoſita a labi vl̃ a labare ꝛ ꝓdu. pͥmã labes nomẽ.ſȝ q̃ñ eſt vbũ

Labilis.a laboꝛ beris dr̃ h̃ ꝛ h̃ labilis . ꝛ h̃ ꝓeã coꝛri. le.ꝛ dr̃ labile.qð cito labit̃. vl̃ in q̃ q̇s facile labit̃.

Labiolũ li. puũ labium.

Labina ne.fe.ge.terra aquoſa ꝛ mobilis. ꝛ labilis in q̃ quis facile labit̃ .ꝛ dicit̃ a laboꝛ beris.

Labioſus ſa.ſum . q̃ groſſa hab ȝ labia. ꝛ dr̃ a labium.

Labium bij.exponit̃ in labꝛũ.

Labo as.aui.are.i.titubare.vacillare.ꝛ tremere vl̃ labi vñ labaſco ſcis .incho. Labo bas. cũ oib⁹ ſuis ꝯpoſitis ſiqua habȝ neutꝝ eſt . ꝛ ẽ pͥmitiuũ labo bas. vt vult hug. ꝛ ab eo deriuatur laboꝛ beris.ſȝ magiſter bene.dicit.ꝙ labo bas.deriuatur a labor beris.ꝛ coꝛripit pͥmaȝ labo bas. Unde ouidius li.epi. Et ſatis in dubio pectoꝛa nr̃a labãt. Sȝ labes nomẽ ꝓdu.pͥmã. Uñ verſus Si ꝑ vina labes nõ vini ſed tua labes.

Laboꝛ beris.lapſus ſuȝ. vñ lapſus ſus ſui.ꝛ hec lapſio Laboꝛ componitur cuȝ ad ꝛ dr̃ allaboꝛ beris.id eſt iux̃ labi vel ad. Item collaboꝛ beris.i.ſimul labi . Dillaboꝛ beris.id eſt diuerſis mõis vl̃ i diuerſas partes labi. Delaboꝛ beris id eſt de vno loco ad aliuȝ vl̃ deoꝛſuȝ labi. Item elaboꝛ beris.id eſt valð vel extra labi.euadẽ. Itẽ illaboꝛ beris.id eſt int⁹ labi. Itẽ ꝓlaboꝛ beris.i. ꝓcul ſiue ab anterioꝛi ꝑte vel in anterioꝛẽ ꝑtem labi. Item ꝑlaboꝛ beris.i.ꝑfecte labi. Item pꝛelaboꝛ beris .id eſt iux̃ labi al̃s vltra. Item preterlaboꝛ beris.i.iuxta labi. Itẽ ſublaboꝛ beris.i.ſubtus labi. Laboꝛ laberis.cuȝ omib⁹ ſuis ꝯpoſitis eſt deponens. ꝛ facit ſup̃ .in ſum.et ꝓdu. hanc ſyllabã la. vñ katho. Labitur exiguo qð partuȝ eſt t̃pe longo.ſed laboꝛ oꝛis.coꝛ.pꝛimã.ꝛ deriuatuꝛ laboꝛ beris.a labo bas.ſm hug. Sed ſȝ magiſtrum bene. labo bas. deriuat̃ a laboꝛ beris.

Laboꝛ vel labos hui⁹ laboꝛis. deriuatur a laboꝛo ras. Et a laboꝛ dicit̃ laboꝛoſus. ꝛ laboꝛioſus ſa. ſuȝ.i.plen⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf